

# SYNODVS

DIOECESANA MILETENSIS

SECUND A

AB ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO  
D. OCTAVIO PARAVICINO  
PATRITIO MEDIOLANENSE,

*Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopo Miletense, Barone Galatri,  
& eidem Sancta Sedi immediatè subiecto*

CELEBRATA

Anno M. DC. XCII. Die 14. 15. & 16. mensis Aprilis.



Mefianæ, Ex Typographia Dominici Costa 1693.





# O C T A V I V S P A R A V I C I N V S P A T R I T I V S M E D I O L A N E N S I S ,

Dei, & A postolicæ Sedis gratia Episco-  
pus Miletæ. Baro Galatri, eidemque  
Sanctæ Sedi immediatè subiectus.



V M primum ex Dei largitate, qui vocat ea, quæ  
non sunt, tanquam ea, quæ sunt, ad Episcopatus  
Insulas electi sumus, commissi Gregis imposi-  
tum nostris humeris onus, non sine timore, ac  
tremore meditabamur ( quippe tantæ molis illa-  
lud est, ut sit vel ipsis Angelis pertinencendum )  
ad quos, ut bene notat Ambrosius, sermo ille di-  
rigitur, *Esto vigilans, & confirma.* Agitabatur in dies pavor, va-  
riisque cogitationum fluctibus agitabamur, nos ad tantum munus  
administrandum, pares vires, parem animi magnitudinem affer-  
re non posse: siquidem, si magni momenti res est subducere ra-  
tiones cum Iudice Deo de propria anima, quæ unica est, & indi-  
visa Societas, quanto magis erit pertinendum, cum terribili ju-  
dicio exquiret Deus creditarum Ovium sanguinem de manibus  
nostris, ut loquitur in sacris paginis; cum coget nos rationem  
reddere de tot Animarum manipulis, quarum viæ incertæ, & la-  
tebroſæ, Statio instabilis, atque Habitatio remotissima! At perfe-  
cta charitas procul pellit timorem, quin immò timor excitat cha-  
ritatem, excitat solecitudinem Ecclesiarum, excitat zelum domus  
Dei. Quamobrem non nostris viribus freti, sed gratia ejus, qui  
confortat nos, operaturi, ut speramus, finem vocationis nostræ,

*Lib. 2. in cap. 3.  
Lucæ.*

# S Y N O D I

## DIOECESANÆ MILITEN.

### SESSIO PRIMA.

#### *De Fide Catholica. Cap.I.*

**F**ides, ut habet Apostolus *a*, cum sit omnia bonorum spiritualium a *Hebrei* II.

**F**undamentum; idcirco ab illa duximus incipiendum.

**1** Fidem non solum interius fateri debemus, verum etiam exterius. Ideo partes cuiuslibet Christifidelis erant, ut semel in vita, multò magis in mortis articulo fateatur expresse.

**2** Eam vero profiteantur exterius, qui de jure tenentur, ad formam constitutionis *Pii IV. incipien. In iunctum*. In hoc autem decreto includimus etiam *b Ludimagistros*: & licentia illis data pro legedo, singulis c trienniis renovetur. Cancellarius *d noster* habeat librum in Cancella- ria, in quo singulorum nomina, qui fidei professionem emiserint, annotentur, cum eorum, & testium subscriptione.

**3** Qui *e* noverint haereticos, vel de haeresi suspectos, necnon maleficos, veneficos, magos, & alios huiusmodi, denuncient Nobis ad formam nostram Edicti nuper emanati, quod ponitur in appendice. Contra facientes, subjaceant excommunicationi, à qua absolvi non possint, nisi facta prius denunciatione, & licentia à Nobis obtenta. Hujusmodi autem Edictum Parochi Populo evulgent prima Domiuica Adventus, & Quadragesimæ.

**4** Lectio librorum prohibitorum sit omnibus vetita; & propterea pœnis, & censuris alijs in Indice latis volumus affici detentores, & lec- tores hujusmodi librorum: & non absolvantur, nisi venia à Nobis ha- bita, & dictis libris exhibitis. Habentes vero facultatem legendi libros vetitos, eā teneantur Nobis ostendere, juxta Conslit. Papæ Vibani VIII. incipien. *Sanctissimus*. Parochi omnes studeant habere novissimum Indicem librorum prohibitorum.

#### *De Doctrina Christiana. Cap.II.*

**C**ertum est, & experientia ipsa comprobatum, pueros, qui veræ Do-ctrinæ paulo non entruuntur, sensim ad vitia declinare: nunquam enim de hoste reportabunt triumphum, si in Ecclesiæ palestra pugnandi artem non fuerint edociti.

**1** Parentes itaque, & omnes ad quos spectat, ducant, vel saltem mittant parvulos ad Ecclesias Dominicis diebus: Si tamen negligant,

A

sciant

*b Pignatell. to.*

*5. cons. 5. n. 2.*

*c Gavant. in manual. v. Lu-*

*dimagistri n. 5.*

*d Synodus Ga-*

*merinen. Cle-*

*mentis Pap. X.*

*3. tit. 1. decr. 7.*

*e Synodus I.*

*Dioecesana E-*

*piscopi Tusi in*

*tit. de Fide Ca-*

*thol. cap. 6.*

RECOLLECTIO

CONSTITUTIONVM

A P O S T O L I C A R V M,

RESOLVTIONVM

SACRARVM CONGREGATIONVM,

Et aliorum documentorum  
ad præsentem Synodum  
pertinentium ,

*Pro ius*u* peculiari Parochorum, & Sacerdotium  
Civitatis, & Diœcessis.*